ibidem ad mortem deodandorum maremque Cognitione de Maltemio in locis
predictis infra Jurisdictionem Maritimam predictam ac fluxum Maris
et aquae ibidem Contingens cum potestate etiam puniendi delinquentes
in ea parte quoscunque Juxta Juris Exigentiam et Consuetudines predict
Ceteraque omnia et singula quae in premissis et circa ea necessa:
:ria fuerint seu quomodolibet oportuna Juxta et secundum Jura Statuta
Leges ordinationes et Consuetudines predict faciendum exercendum
expediendum et exequendum Tibi prefato Johanni Seymour
Armigero Gubernatori provinciae et Territorii de Maryland in America
predict de cujus fidelitate et circumspectionis industria plurimum in
hac parte confidimus vices et Authoritatem nostras in et per dicta
Provincias et Territoria de Maryland et Pensilvania in America
predict ac partes Maritimas eorundem et eisdem adjacentes quascunque
Atque etiam per omnia et singula littora Maris fluminaque publica portus aquas
dulces rivos Creeks et Aestuaria tam Maris quam fluminum et Costeras quae=
:cunque dictarum provinciarum et territoriorum de Maryland et Pensilvan:
:ia in America predicta ac partium Maritimarum eorundem et eisdem
adjacentibus quarumcunque infra libertates et franchesias: Extra Committi:
:mus per presentes et Concedimus cum potestate alium vel alios Deputatum vel
Deputatos quoties tibi expedire visum fuerit loco tuo in premissis
Deputandi et surrogandi Ac etiam cum potestate quoscunque alios Offici:
:arios et Ministros predicto Officio et Exercitio ejusdem (Judice Registrario
et Marescallo exceptis) in dictis Provinciis et Territoriis de Maryland et
Pensilvania in America predict ac partibus Maritimis eorundem
et eisdem adjacentibus quibuscunque sub te necessarios idoneos et
oportunos de tempore in tempus Nominandi preficiendi Ordinandi
assignandi faciendi et constituendi (Salvo semper Jure supremae Curiae
dictae dominae nostrae Reginae suae Admiralitatis Angliae necnon Judicis
et Registrarii ejusdem Curiae quibus et eorum alteri in aliquo nolumus
derogare per presentes et salvo Jure cujuscunque laesi et gravati per aliquam
Sententiam Definitivam sive decretum interlocutorium in Curia vice
Admiralitatis provinciarum et Territoriorum predict de Maryland et
Pensilvania in America predict fiendi ad supremam Curiam Admi:

(alitati